

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Autoritates Aristotelis, o[*l*]im recte philosophantium
facile principis, insup[*e*]r platonis, Boetij Senece Apuleii
Aphricani, Porphyrij, Auerroys Gilberti Porritani**

Aristoteles

[Coloniae], 1504

VD16 A 4031

Valerius maximus

[urn:nbn:de:bsz:31-299211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299211)

Auto. Thome de istitu. Scholaf

metus superat.

¶ Valer^{us} maxim^{us} li. vij. Aristote. in neutra pte de seipso loqui debere predicabat. qm̄ laudare se vani. vitupare stulti esse

Sequuntur autoritates platonis in thimeo

Platonis vt ait helinandus consuetudo fuit libros suos intitularē nominibus magistrorum suorum. v. eorū qui magistros suos docuerūt. ppter maiore autoritatem. quod et magister walterus burley anglus confirmauit fuit autē. Plato cuius atheniensis. magister Aristo. et auditor socratis. natus tempore darij regis pparū. patre aristote de genere neptuni. matre parison de genere sapientissimi Salomonis Obijt autez anno etatis sue. lxxxi. natalis sui die finem Se necam in epistolis Scripsit aliquot libros in p̄sua q̄s ad magnaz partem ex moyses lege suffuratus est Et ut ex poetarum fabul̄ q̄s cum pro vero assumeret in multiplices collapsus est errores Etiam longe magis pro eloquentia laborauit q̄ vera scientia Ob hoc philosophia eius apud veros Ch̄stianos nulli^{us} est p̄ci^{us} v. l. momenti

In omnibus siue in maximis siue in minimis diuinum aurilum debet implorari.

Nihil est ortum sub sole cur^{us} causa legitima nō p̄cesserit. In omni tractatu fieri debet vt inter initia p̄sideretur qd sit illud de quo agitur

Operi suo dar opifex formam

Mundus a deo factus est. Deus autor maximus est

Optimus est mundi autor. et ab optimo longe iuidia relegata est

Bonitas dei fuit causa factionis mundi et originis omnium rerum.

Non decet rem esse antiquiorem primo genitore rege

Tempora maxime distinguuntur per motum solis

Obij deorū quorū opifex. i. pater ego sum. diij deorum vocant̄ intelligentie et corpa celestia natura solubilia. s. dei volūitate p̄petua

Ad hoc anima est iuncta corpori vt fenoretur sciētias et virtutes

si autem cur magno fenore venerit benigne recipietur a suo creatore. si autem non. relegabitur ad inferos

Propter hoc enim nobis datus est sermo. vt p̄sto nobis fiat tue voluntatis indicia.

Deus est summū bonum super oēm substantiam omnemq̄ naturā quē cūcta experunt cū ip̄e sit plene p̄fect^{us} et nulli^{us} societatis idigens

¶ Autorita. apulei aphyricani platonici lingua latina doctissimi qui succedens platoni floruit athenis

Summus deus est infinitus non solum exclusione loci sed etiam nature dignitate

Prestantissimum animalium genus in terra est homo